



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Monothonensis Et Amicliensi Episcopis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

apostolica scripta mandamus quatenus de-  
tentores earum, ut ipsas restituant venera-  
bili fratri nostro Archiepiscopo Patracensi,  
monere prudenter & efficaciter inducere  
procuretis, ipsos ad hoc, si opus fuerit, per  
censuram ecclesiasticam appellatione post-  
posita compellentes. Datum ut in alia.

*MONOTHONENSI ET AMICLIENSI  
Episcopis.*

Bol. 174.  
De plus legaris  
Instituta pauca  
ad ea.

**V**enerabilis frater noster Patracensis  
Archiepiscopus nobis exposuit con-  
querendo quod domini terrae illius Eccles-  
iae suae diocesis ea quae a Christi fidelibus in  
ultima voluntate legantur, eisdem contra  
iustitiam auferre presumunt in suum &  
Ecclesia præjudicium & iacturam. Quocirca  
fraternitati vestra per apostolica scripta  
mandamus quatinus dictos dominos, ut ab  
hujusmodi præsumptione defiant, mo-  
nere prudenter & efficaciter inducere pro-  
curetis, ipsos ad hoc, si opus fuerit, per  
censuram ecclesiasticam, sicut justum fue-  
rit, appellatione postposita compellentes.  
Testes autem &c. Datum Laterani Nonis  
Novembri, pontificatus nostri anno ter-  
tiodecimo.

*DE CLAROMARISCO ET  
de Longovillari Abbatibus Cisterciensis or-  
dinis, & Decano Moferoli, Morinensis &  
Ambianensis diocesum.*

Bol. 175.  
De informa-  
tione novelle  
15. Octoci  
In monasterio  
Liberate vnde  
Bol. ad Lyp. p.  
lata. p. 349.

**S**icut per vestras nobis, filij Abbates,  
litteras intimasti, cum vobis dederi-  
mus in mandatis ut ad monasterium sancti  
Iudoci supra mare personaliter accedentes,  
corrigeretis in capite ac in membris que  
limam correctionis exposcerent, vos, filii  
Abbates, te, fili Decane, tuam absen-  
tiam excusante, accedentes ad locum,  
nostris obtemperantes mandatis, tam Ab-  
batem quam universum Capitulum inven-  
nistis, duobus duntaxat exceptis, Ingel-  
ranno & Clalbordo monachis, qui cum  
essent suis exigentibus culpis per Abbatem  
& conventum ipsius loci excommunicatio-  
nis vinculo innodati, duos alias seducen-  
tes, quos viros perniciosos, rebelles, &  
contumaces attestatione plurimum didicisti,  
rejectione habitu monachali contumaciter re-  
cesserunt, correctione domus nullatenus exspectata. Vos autem Capitulo convoca-  
to, cum Abbas juxta mandatum vestrum  
universis & singulis fratribus in virtute obe-  
dientia ac animarum suarum periculo in-  
junxit ut super conversatione ipsius &  
statu Ecclesiae dicenter veritatem, vos sin-  
gulariter examinantes eosdem super his

Tom. II.

qua personam contingebant Abbatis, lau-  
dabile omnium testimoniū invenisti; sed  
laudabilius juxta nonnullorum assertionem  
invenisti, si se circa quodam perversos  
& contumaces severius habuissent. Inveni-  
sti præterea sub ejusdem Abbatis regimi-  
ne, qui oppressiones multiples est per-  
petratus, immunitum Ecclesie debitum &  
redditum augmentatum, & tam in adi-  
ciis quam aliis necessariis domus expensas  
factas, sicut oculata fide perpenditur,  
qua usque ad mille librarum Parisiensium  
summarum ex crescunt. Conventui quoque,  
qui major est solito, ac hospitiis & pau-  
peribus abundantius & honestius quam  
conueverit providetur. Licet autem om-  
nibus inquisitis quedam, prout expedire  
vidisti, ibidem curaveritis ordinare, quia  
tamen inevitabilis necessitas vos trahebat  
accendendi ad Capitulum generale, de non-  
nullis disponere in vestro reditu statuistis.  
Cum autem Abbas & monachi supradicti  
propter hoc ad sedem apostolicam acce-  
sissent, & iidem monachi humiliter peti-  
sent absolvi per venerabilem fratrem nos-  
trum Nicolaum Tulculanum Episcopum,  
recepto prius ab eis corporaliter juramen-  
to, juxta formam Ecclesie ipsi fecimus  
beneficium absolutionis impendi. Quia ve-  
rò in multis eosdem culpabiles deprehen-  
dimus, nec speratur quod ipsis presentibus  
idem locus debita possit pace gaudere, de  
consilio fratrum nostrorum eos ad vos re-  
mitterendos duximus in districterioribus  
monasteriis singulariter collocandos, in qui-  
bus in humilitate spiritus sua possint pecca-  
ta deflere. Quocirca devotioni vestra per  
apostolica scripta mandamus quatenus eis-  
dem ad vos redeuntibus injungatis sub de-  
bito præstigi juramenti, & eos, si opus  
fuerit, per censuram ecclesiasticam appel-  
latione postposita compellatis ut ad loca  
qua singulis deputaveritis transeant, vic-  
turi regulariter in eisdem. Abbates quoque  
ac monachos eorundem locorum ad susci-  
piendum eos censura simili, si necesse fue-  
rit, appellatione remota cogatis. Volumus  
nihilominus & mandamus ut ad sepedic-  
tum monasterium accedentes, corrigatis  
diligentissime quicquid adhuc inveneritis  
corrigendum, & ita, Deum habentes præ  
oculis, ordinatis ut locus ipse debita de-  
cetero valeat tranquillitate latari. Nullis  
litteris veritati & justitia præjudicantibus  
&c. Quod si non omnes &c. duo vestrum  
ea &c. Datum Laterani vi. Idus Novem-  
bris, pontificatus nostri anno tertio decimo.

Qq q